

uidebatur Boecio¹³ quod felix et fortunatus fuerat quasi diceret: pro maximo precio hoc emisses. (24) NUNC ET AMISSAS OPES QUERERE¹⁴ id est plange: yronia est quasi diceret non debes plangere amissas opes quia meliores inuenisti unde subdit QUOD PRECIOSISSIMUM GENUS DIVICIARUM EST AMICOS scilicet ueros INVENISTI. Qui enim prius inter falsos amicos latebant iam discreti et inuenti sunt.

[III m 8]

QUOD MUNDUS metrum octauum et ultimum huius secundi¹ quod dicitur gliconium de quo habitum est supra libro primo metro sexto. Quia dixerat supra Philosophia quod preciosissimum genus diuiciarum sunt amici, occasione huius in hoc metro commendat amorem et primo amorem diuinum ostendens quomodo per ipsum conciliatur² mundana concordia, secundo amorem hominum docens quomodo per ipsum conciliatur humana amicicia ibi (22) HIC SANCTO. Dicit ergo primo (14) AMOR REGENS TERRAS AC PELAGUS ET IMPERITANS CELO id est amor diuinus quo producit et regit creaturas (13) LIGAT HANC SERIEM id est concordiam rerum (1) QUOD MUNDUS STABILI FIDE id est certo federe (2) VARIAT VICES CONCORDES scilicet

 13 boecio RPO boecius J / 14 desine ante querere s.s. J /

1 huius secundi OM huius (~~hi⁹~~) libri (1.) R om. PG libri secundi J
 huius libri secundi D / 2 conciliatur RPO consiliatur J /

secundum quatuor tempora anni et alternacionem diei et noctis
 (3) QUOD SEMINA PUGNANCIA id est elementa de quibus quasi
 seminibus fiunt elementata (4) TENENT PERPETUUM FEDUS scilicet
 secundum reciprocacionem³ generacionis (5) QUOD⁴ PHEBUS id est
 sol CURRU AUREO PROVEHIT ROSEUM DIEM hoc expositum est supra
 metro tercio (7) UT PHEBE id est luna IMPERET NOCTIBUS QUAS
 HESPERUS DUXERIT Hesperus dicitur adducere noctem quia apparet in
 principio noctis de quo dictum est supra libro primo metro quinto
 (9) UT MARE AVIDUM scilicet ad exeundum sicut uidetur quando
 fluit (10) COHERCEAT FLUCTUS CERTO FINE (11) NE LICEAT TENDERE
 id est extendere LATOS TERMINOS VAGIS TERRIS quasi diceret ne
 totaliter cooperiat terram. (16) HIC scilicet amor diuinus SI
 REMISERIT FRENA id est legem gubernacionis per quam res certis
 terminis refrenantur (17) QUIDQUID NUNC AMAT INVICEM id est
 concordia colligatur; ponit enim amorem pro concordia: non enim
 amor proprie dictus est in rebus irrationabilibus (18) BELLUM
 CONTINUO GERET⁵ ET CERTENT⁶ id est certabunt SOLVERE MACHINAM
 scilicet mundanam (19) QUAM NUNC SOCIA FIDE id est concordii⁷
 federe (20) INCITANT PULCRIS MOTIBUS id est faciunt ordinate

 3 reciprocacionem RPO reipcacōm J / 4 quod RPO quid J / 5 geret
RO gerunt P geretur J gerit D / 6 certent J certant RPO certat D /
 7 concordii RPO concorde J /

any omission
 between 11
 + 16

mouere. Deinde cum dicit (22) HIC SANCTO ostendit quodmodo per amorem conciliatur humana amicitia⁸ dicens HIC scilicet amor NECTIT CONTINET QUOQUE POPULOS IUNCTOS⁹ SANCTO FEDERE scilicet amicitie et (24) HIC scilicet amor NECTIT SACRUM id est sacramentum CONIUGII CASTIS AMORIBUS scilicet uiri et uxoris (26) HIC ECIAM scilicet amor DICTAT¹⁰ IURA SUA id est imponit leges amicitie FIDIS SODALIBUS. Et quia¹¹ hoc totum prouenit ab amore diuino namquam a suo principio ideo subiungit (28) O FELIX GENUS HOMINUM scilicet dico esse (29) SI AMOR QUO CELUM REGITUR id est amor diuinus qui causat concordiam in celestibus REGAT ANIMOS VESTROS scilicet causando in eis concordiam amicitie.

8 humana amicitia JD amicitia RPO / 9 iunctos RO uinctos P uictos J /
 10 dictat RPO dicat J / 11 et quia RPO quia J /